



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

20. De secunda serie Figurarum in illustri & suavi genere dicendi, quibus
Icones rerum efformantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

mum regem Tarquinium, ab vrbe Romana, dominatu regio expulit.

Vt triplex epithetorum virtus, ita triplex virium: dehonestant enim orationem longa, intempetiuua, crebra: longa, vt domi porta (quis enim hoc in oratione ferat) intempetiuua, vt si quis raras aues, & nigros olores vbique nominet, quod apud Iuuenalem inuenerit semel: opportune tamen, & loco.

Rara avis in terris, nigroque simillima Cygno.
Crebra, qualia solent esse eorum, qui epitheta conlectantur frigide admodum, & pueriliter, quid opus est enim vbique nigrum cornu, niuem candidam, diuum adamantem decantare, & nunquam exillimare colophonem periodo impostum, nisi per superlatiuum aliquod frigidum concludatur.

Synonymia.

Synonymia est verborum idem significatum congeries, cuius usus est in iusto dicendi genere Ciceroni perquam familiaris. His oratio modò quasi ingens fluius affluatium vndarum accessione voluitur, modò incisus quasi iaculis armata vibratur. Hanc orationem, vt Nilum, aut Istrum fluentem admiror.

Quæ præcatus sum à Dijs immortalibus, iudices, more, institutoque maiorum, illo die, quo auspicato comitijs centuriatis L. Murænam consulem renuntiaui, vt ea res mihi, magistratuique meo, populo, plebique Romanæ, bene, atque feliciter eueniret: eadem precor ab iisdem Dijs immortalibus, ob eiusdem hominis consiliatum, vna cum salute obtinendum, & vt vestræ mentes, atque sententia, omni Pop. Rom. voluntate, suffragijsque consentiant, eaque res vobis, populoque Rom. pacem, tranquillitatem, otium, concordiamque afferat.

Ecce duodecim ferme synonyma in hac periodo, quibus carere potuisset, sed non sine detrimento grauitatis.

Ex alia parte quasi legita infesto turbine erumpere videntur: O tenebre, ô lurtum, ô fordes! & ego te non vecordem, non furiosum, non mente caprum, non tragico illo Oreste, aut Athamante dementiorem putem.

Qua synonymia vitia

Animaduerte vt a paraphora, quasi amento impulla vehementiorem habeat emissionem: atque vt ista habent admirabilitatem & quandam gradationem, qua sensim ad maiora contendunt: ita nihil putidius, quam de

trinitio synonyma sine vilo delectu, & neruis arripere, quæ onerant potius, quam ornant orationem.

Et illa quidem figuræ ingerunt quandam conformationem imaginis: at quæ sequuntur longè illustriorem.

De secunda Serie figurarum, in illustri, & suauis genere dicendi, quibus icones rerum efformantur.

CAPVT XX.

VOLASIANUS in epistola ad Diuum Augustinum inter ceteras instrumenti Rhetorici diuitias commendat Iconificationum pulchritudinem; & iure mentem enim validius ferunt oratores, qui hanc virtutem obtinent cumulati.

Descriptio igitur, qua nihil in Rhetorû thesauris opulentius, in quatuor patres diuiditur, quarta demonstratio, hæc hypotyposis nominatur.

Imago est formæ, cum forma, cum quadam similitudine comparatio. Ad quod genus referuntur parabola, quibus nihil clarius docet, nihil mouet suauius, nihil iucundius delectat.

Vis vanum doctrine simulatorem multis quidè libris, & studiorum insignibus refertus, sed elinguem, agnosce in Citharædo pisce.

Animaduerte, quælo, hominem, imò vanam simulatorem, & citharædo simillimū inuenietis. Piscis est, Auditores, in mari rubro, discriminato vertice, pennis aureis, & rutili coloris fulgore totus efflorescens, Citharam dorso gestat, nigris lineis, quasi fiduculis intentam. Expectatis fortasse, vt canat: nolite quæso, mutus enim est piscis: non dissimili modo iste magnam elegantissimorum librorum copiam cumfert, quanquam ut mutire quidem, aut hîscere in publico audeat.

AEliæ l. ii. anim. c. xi.

Vis auaritiæ intueri in diplas. Serpens perniciosissimus est, Auditores, Diplas, puto, vocatus: huius venenum si sem excitat ardentissimam; ex quo fit, vt qui ab eodem tacti sunt, vina perant, & fotes, sed si iusta, indies enim, imò in horas exardescit: sitis, quanta potest esse maxima, & nulla portione restinguitur. Diplas est, diplas inquam, crudelis, auaritiæ sitis, & pecuniarum cupiditas, quæ nunquam expletur.

Lucian. de dipjadibus.

Esictio est expressio corporis, vt: Hunc dico

haec erce in facu feruentiffime fornacis animas egerunt. Sed haec pleniffime libro hypotyposon, nunc fati fuerit delibasse.

Distributio.

Philos.

Distributio, quae proximè ad descriptionem accedit, est vetusta quaedam partitio, in qua singulis respondent, vt in illo pollucis, quod notat Philostratus. Proteus pharius miraculam Homericum est, multae quidem eius diuersaeq; formae, iraquam attollitur, in ignem acceditur, in leonem ex canescit, in suem ruit, serpit in draconem, affilit in pantheram, assurgit in arborem.

Iam Plinij: Aquae subeunt in imbres, rigescunt in grandines, tumescunt in fluctus, praecipitantur in torrentes: Aer densatur nubibus, furit procellis.

Et Solinus de monte Atlante, Manat fontibus, nemoribus in horrescit, rupibus asperatur, sonallet ieiunio.

Et Tertul. Apol. ca. 10. Vani erunt homines, nisi certi sine a primordio pluffas de caelo iussit, & sydera radiasse, & lumina horuisse, & tonitrua mugisse.

Quid hac dictione ornatiùs, nescio quo pacto, vt oculus iuce, sic animus perspicuitate gaudet, cuius artifex est haec figura singulas discernens particulas, vt mens Anaxagorae Homæomeriam.

Variorum distributio.

Modò est in solis nominibus, & à simili casu incipit, vt apud Himerium audacia superat Ixionem, ferocia Salmonem, temeritate Tantalum.

Modò casus confunduntur ad vitandam cacophoniam, vt in illo Plutarchi.

Erat quidem in eo Cyri spiritus, Agesilai temperantia, solertia Themistoclis, vsus Philippi, fiducia Brasidae, eloquentia Periclis.

Modò per homæopteron clauditur, orationis membris pari tenore fluentibus. Tale illud Ciceronis exemplum pro L. Murrana.

Meruisse verò stipendia in eo bello, quod tum populus Rom. non modò maximum, sed etiam solum gerebat, virtutis: patre Imperatore libentissimè meruisse, pietatis: sine stipendorum patris victoriam, ac triumphum fuisse, felicitatis fuit.

Sed praecitata omnino huius figurae temperies, cum adiunctam habet diuisionem, epinodon, polysyntheton, anaphoram, qualis est illa pro Caesare.

Sed ego Atracino humanissimo, atque optimo adolescenti meo necessario ignosco, quia habet excusationem vel pietatis, vel necessitatis, vel aetatis. Si voluit accusare, pietati tribuo, si iustus est, necessitati: si sperauit aliquid, pueritiae. Caeteris non modo nihil ignoscendum, sed etiam acriter est resistendum.

Quid hoc artificiosius: non est ornatus puerilis ingenij, & si quae figura iudicium requirit, haec certe flagitat.

Antithesis.

Praeclearum Rhetorum *κινδύων* est antithesis, figura ad suauem, & illustre dicendi genus accommodatissima, est enim contrariorum, vel certe diuersorum oppositio, quo quidem delectationis aucupio mirificè capiuntur animi, & praecleara quaeque fiunt ex contrarijs. Ex concordia enim, & discordia per rerum nascentium, & interuentium vicissitudines stat mundus, ex antiphongis numeris in musica venustas: ex diuersis coloribus decor in pictura efflorescit: vnde sic credo, vt hac contrariorum oppositio auris delectetur, non secus ac pascitur oculus, cum certantes videt Athletas: nec mirum, si olim antithesis docta figura appellata fuerit.

Crimina rasis.

Librat in antithesis, doctas posuisse figuras.

Laudatur.

Vfus figurae varius est.

Primus simplicior, vbi bina tamen opponuntur, & ea diuersa potius, quam contraria, vt: Non nostri ingenij, vel tri auxilij est, Iudices. [Et] *ἄλλοθεν τὸ το, καὶ ὀπίσθεν, ἰδιόθεν τὸ το, καὶ παρὰ γὰρ ἑξ ἑ.*

Secundus, cum multa, multis, & ea contraria constanti ordine interiecta per poloptoton, vt in illo Himmerij aduersus Epicurum.

Quomodo autem congruit voluptas laboribus, patientia delitijs, academia meretricibus, philosophia popinis, temperantia impuris adolescentibus. [Et haec neruosa, & ad dignitatem apta.]

Tertius fit nulla casuum connexorum varietate, sed continua geminorum oppositio per anaphoram, & incisa.

Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum: hinc fides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc scelus: hinc constantia, illinc furor: hinc honestas, illinc turpitude: hinc continentia, illinc libido.

huius generis insignis est exemplum a

Pro Caes. III. 123.

Antithesis. varij modi. Crisus. Philo de Iosephs.

apud Maximum Tyrium, orat. 4. vbi comparat amicum, & adulatorem.

Quartus, cum plura prae mittuntur similia, quibus deinde contraria pari numero respondent, & ea incisa, vt;

Denique aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes, cum iniquitate, cum luxuria, ignavia, cum temeritate, cum vitijs omnibus.

Haec erit apta conclusio post geminorum oppositionem ad varietatem, & haec iterum ad pugnam apta.

Quintus est Synchrisis, vbi gemina quidem iunguntur, vel diuersa, vel contraria, sed numerosius, & in iustis, ac paribus membris: non tamen incisis, vt, Vigilas tu de nocte, vt tuis consultoribus respondeas. Ecce tibi alterum membrum pari numero syllabarum, dices a M. Tullio numeratas Ille, vt quo intendat maturè cum exercitu perueniat.

Haec antithesis numerosae pompae potius est, quam pugnae.

Sextus, congeries, in qua diuersa partim bina copulantur, partim plura pluribus, vt in Miloniana.

Est enim haec, Iudices, non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa attripuimus, haui- mus, expressimus.

Septimus ridiculus est, dignus Neronianis verbis, quales sunt isti.

Fortia neglecti velabant colla capilli: Et per neglectos velabant colla capillos. Deinde:

Ah quoties umbra porrexi brachia mota: Ah quoties umbra reduxi brachia mota.

Octauus fit per negantia. Cuius adolescentia ad scientiam rei militaris, non alienis praecipis, sed suis imperijs, non offensionibus belli, sed victorijs, non stipendijs, sed triumphis est traducta, valet ad rem exaggerandam per v. g. supra communem morem.

Oxymoron. Proximum est Antithesi contrarium, siue Oxymoron, quod contentionem nominat M. Tull. differunt tamen non nihil.

Antithesi potest fieri ex diuersis. Oxymoron semper ex contrarijs asserit; hoc in eodè ponit contraria: illa lenior, & ad sensus accommodatior: hoc vehementius, & in seholi- uarijs, id est ad Hyperbolem magis accedens, qualia sunt illa, innupta nuptia, insepulta sepulta, ανισωρον ανισωρον. In quibus est, & Anaclastis,

Oxymoron quomodo differat ab antithesi.

scu reflexio vocis.

Contentio tota est ad admirabilitatem, & v. g. Oxi- cius vsus in rebus, virtutibus, vitijs exprimen- mori sine conueniunt. dis, quae prodigio aliquid simile habeant, qualia sunt illa Aristidis in orat. Themistocles de Xerxe. Mons procellisus nauigatur, fretum in- tegrum ponte commisso pedibus traicitur, per medium Athum nauigant ceteres, in fluctibus currentem Medorum equitatum vicus Hellepontus.

Et in mare equites, in solem tela, atque plagas, & verbera ingeres.

Item Sidon. Apollin qua palude indefinen- Epist. l. 1. ter rerum omnium lege peruersa, muri cadunt, aquae stant, turree flammis, naues sedent, agric- ambulauit, medici iacent, algent balnea, do- micilia conflagrant, struunt yluui, natant sepul- ti, vigilat fures, dormiunt potestates, conue- rantur clerici, Syri psallunt, negotiatores mi- litant, milites negotiantur, student pilae senes, alex iuuenes, armis Eunuchi, literis foederati. Tu vide qualis sit ciuitas, vbi tibi lar fami- liaris incolitur, quae facilius territorium potuit habere, quam terram Philo de mundi opificio. χειμων φλεγει, διρο χειμωνι, εα ρ μετρω- ρισει υατοραρον εα ρ ελ.

Ad hanc quoque figuram attinet illud Ter- c. 44. Apologetico. Nam si qui forte verè de sterilitate Christianorum conqueri possunt, primi erunt lenones, perductores, aquatoli, tum Sicarij, Venenarij Magi, item Aruspices, Arioli Mathematici. His instructuofos esse mag- nus fructus est.

Antisagoge.

Affinis est quoque antithesi Antisagoge, nõ vulgare orationis ornamentum, quae paria paribus per lat, aut minora maioribus, aut ma- iora minoribus. Quale est illud Plutarchi.

Natalium splendor res est praecleara sane, sed bonum a maioribus profectum, diuitiae in pretio sunt, verum earum possessio a for- tuna pender, quae eas saepe numero ademit ha- bentibus, & non sperantibus obtulit. Magnae opes, tanquam seopus propositae sunt ijs, qui cupiunt: loculos exhaurire, feruis, maleficis, ac calumniatoribus: & quod maximum est, etiam pessimis adsunt diuitiae. Gloria res est, vt ve- nerabilis, ira instabilis, pulchritudo optabilis, sed paruo durans tempore, sanitas pretiosa res est, eademque facile mutatur. Robur dig- na res est laude, ac vato, sed morbo, aut senes- cture facile aboletur, quanquam (vt vno ver- bo

be dicam) qui ob vires corporis sibi plaudere debet se vero aberrare. Quantum enim est hominis robur, cum aliorum animalium robore comparatum? Elephantoium pura, taurorum, leonum? Doctrina omnium, quae nobis adfunt bonorum sola immortalis est, & diuina. D. Hieronymus egregiam habet eiusdem figuræ speciem, ad Heliodorum: Paupertatem times, sed beatos pauperes Christus appellat. Labore terreris, nemo athleta sine sudoribus coronatur, de cibo cogitas, sed famem fides non timet. supra nudam meritis humum exela ieiunijs membra collidere, sed Dominus tecum iacet. Squallidi capitis horret inculta caesaries, sed caput tuum Christus est, infinita eremi vastitas terret, sed tu Paradisum mente deambula. Vide item D. Cyprian. ep. 16. p. 39.

Vltus est in argumento à partium enumeratione, & comparatione, in re exaggeranda, vel imminuenda, nec caret sua acrimonia, vt illa Himerij. Aras non euerxisti, at eas frustra esse ostendisti, cum reum protudentiam tollis, ob quam aras extruximus: sacrificia noua non introduxisti, at omnia sustulisti.

Dotertia figurarum serie, quae sunt in repetitione.

Anadiplosis.

CAPVT XXI.

Anadiplosis Anadiplosis, est iteratio verbi in eadem sententia aliquando continetur, vt, ô Mythis! ô Mythis. sed artificiosior cum aliquid interijcitur, vt illa Demosthenis. *ωραγορ (δ' εὐδρῆς Αθηναίων) ἀρετῶν Ἰσοκράτους.* Mala res vni Athenienses, mala res columniator. Sic Cicero, non es commotus, scum tibi mater pedes amplexaretur, non es commotus. Et Dij immortales sine gemitu hoc dici non potest, non nemo etiam in illo sacratio reipub. in ipsa, inquam, curia non nemo hostis est.

Vltus est in affectibus, temperies cum exclamatione.

Anaphora, Epistrophe, Epanalepsis, Traductio, Allusio, Commutatio.

Anaphora Anaphora est repetitio in principijs sententiarum aptissima ad enumerandum, vt nihil te nocturnum praesidium palatij, nihil urbis

vigiliae, nihil timor populi, nihil consensus bonorum omnium, &c.

Ad insectandum, tu in forum prodire, tu lucem conspiceris, tu in horum conspectum venire conaris.

Ad effectus amabiles.

Te dulcis coniux. te solo in littore secum, Te veniente die. te discedente canebat.

Virg. Georg.

Temperatur cum Epistrophe, Synonymia, homœoptoto homœoteleuro.

Idem fere est vsus Epistrophes seu conuersionis, quae repetitio est in fine: vt iustitia vicit, armis vicit, liberalitate vicit.

Epanalepsis seu complexio utramque figuram amplectitur, repetitque in fine & principio; Figura ad exaggerationes virtutum & vitiatorum aptissima; nisi statim feriret fastidiosissimas aures; & eius artificium illico nudum pateret. Idcirco non est nimis continuanda: sed Anaphora, traductione, Polypoto cum amoenitate varianda.

Vltus Epanalepsos.

Traductio. Crebra est eiusdem dictionis repetitio, sed cum casuum, aut modorum varietate, aut mutatione in sensu: vt qui nihil habet in vita iucundius vita, is cum virtute vitam non potest colere.

Cui similis est allusio, amari iucundum est, si curetur ne quid sit amari; sed haec leuiora.

Vehementiam habent conglobati casus, & Antithetis vibrati, vt in illa imprecatione Didonis.

Littora litoribus contraria, fluctibus undas, Imprecor arma armis, pugnent ipsique nepotes.

Proxima est commutatio, sententiarum discrepantium inuersio, vt illud Simonid. Pictura loquens poesis est. Tacita poesis pictura est, & esse oportet, vt viam: non viuere, vt edam.

De quarta serie figurarum.

Ad suauem dicendi genus pertinentium maxime in structura periodorum.

CAPVT XXII.

Restant in hoc dicendi genere figuræ, ex quibus periodi venustatem capiunt, & numerum, quo in genere excellit Isocrates, ita eius oratio tota est continentibus vineta numeris, vt in tecto tegula: neque tamen eo ad pugnam aptior, vt enim si quis currentium